Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Antonii Mancinelli De parentum cura in liberos

Mancinelli, Antonio

Parrhisiis, 1511

Obedientia

urn:nbn:de:bsz:31-293568

Visual Library

Vnum oro:genitrix Priami de gente vetuſta
Eſt mihi:quam miſeram tenuit non Ilia tellus
Mecum excedentem:non mœnia regis Aceſtæ.
Hanc ego nunc ignaram huius:quodcunq; pericli eſt:
Inq; ſalutatam linquo:Nox:& tua teſtis
Dextera:q nequeam lachrymas perferre parentis.
At tu oro ſolare inopem:& ſuccurre relictæ:
Hanc ſine me ſpem ferre tui hac audentior ibo.
In caſus omnis.Euriali verba ſunt ad Aſcanium apud eun dem Maronem libro nono Aen.

Euryali pietas.

Obſidentibus nouam Troiam in latio rutulis ardeæ po pulis Turno duce:nanq; Aeneas ad Euandrum arcadum regem petendi auxilii gratia profectus erat:qui arcadia p- fugus pallantem vrbem in palatino monte ædificauerat: Aſcanius etiam puer a patre in Troia relictus cum Troia- nis proceribus nocte media de mittendo ad patrem nun- tio conſultabat. Tum Nyſus:& vna Euryalus amiciſſimi quidem vltro ſeſe ad Aeneam nuntios obtulerunt Et quia per hoſtium caſtra eos nõ ſine aperto periculo trãſire opor- teret:Euryalus pene puer ſumma in matrẽ pietate ductus illam Aſcanio commendauit:Inquiens inter cætera: Vnũ oro:Solare inopem matrẽ:Succurre a me relictæ:Hac habi ta ſpe audentior ibo in omnis caſus:in omne periculum. Quibus ſane verbis quanta in matrem charitate Euryalus afficeretur:oſtendit. Noluit enim illinc diſcedere priuſq̃ ipſe Aſcanius debitam matris curam ſuſcipere ei promit- teret:quo imperato exultans abiit.

Euryali pietas.

Sed quæ tibi:quę huic:quæ illi parentum cura?minima immo nulla.Eos enim relinquitis nulli Aſcanio commẽda tos:omniumq; egenos.Cauete obſecro filii tale crimen:& ſcelus eiuſmodi:libentiq; animo & hylari vultu honorate & nutrite:qui vos genuerunt:qui vos benigne:religioſeq; educarunt:& inſtruxerunt.

Parẽtibus ¶Ex Mancinello Ti.xxii.
obedias Doctrinã fili debes audire parentum:
Sapiens Deſpiciens illos omni virtute carebis.
Demens. Lætificat patrem ſapiens: cõtriſtat ineptus:
Aapes Gloria magna patris ſapiens:infamia demens.
Amoris Paret Apes vltro regi comitatur euntem:
gradus Tu refugis parere tuo:te dignior illa.
Gratia Dilige præcipue patriam:poſt deinde parentes:
Hinc natos:totamqꝫ domum:claroſqꝫ propinquos.
Gratus Gratia virtutum cunctarum maxima fertur:
Inde nihil malis:q̄ te gratum eſſe videri.
Gratia Tum re:tumqꝫ animo debes gratiſſimus eſſe:
Hac re dignus eris prompto cuiuſqꝫ fauore
Rep̄hẽſꝰ Gratia plus multo reddat:q̄ ſumpſeris ipſe:
Pinguis ager veluti:referas tu plura benignus.
Mãſuetꝰ Iraſci noli domino reprehenſus :amatur
Superbus Ab domino quicunqꝫ ſuo:rep̄henditur idem.
Humilis Gratia manſuetis domino tribuetur olympi:
Clæmens Quiqꝫ ſuperbus erit:cæleſte fauore carebit.
Eſt humilis ſapiens:inſanus quiſqꝫ ſuperbus.
Clæmentis vita eſt iucundior:atqꝫ ſuperbi
Hæc ex ſpeculo de moribus & officiis.

¶De filioꝝ erga parentes Obediẽtia honore & Pietate hĩc finit. Ad Petrũ Turris Diœceſos Comenſis.

Petrꝰ tur ris

Ĩqd iucũditatis aut cõmodi lectoribꝰ hi duo me libelli cõtulerit Petre mi prudentiſſime: Tibi oẽs apprime debebũt:Tu nãqꝫ editionis cauſa potiſſima:ꝓtuis ſũptibꝰ ĩprimi voluiſti:Quo qdẽ & Camillꝰ:& Marius:& Aurelius:optima indole p̄ſtantiqꝫ forma filioli tui Quo etiã cæteri parentibus auſcultarent :obſequerentur: & pii forent:Parenteſqꝫ ipſi liberis ſuis & diligentius & recte conſulerent. Illi ergo: & liberi omnes ad vnum tantæ benignitati debere non deſinent. Deuſqꝫ optimus

Camillus
Marius
Aurelius